



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

Epistola I. Honorii Papae II. Ad Petrvm Clvniacensem Abbatem. De Pontii
inuasoris obitu & sepultura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

Honorii
obitus.

testatur Frisingensis, sententia excommunicationis in eos prolata ab intestino bello liberasset, defunctus est xvi. Kalendas Martii, anno 1130. cum tenuisset pontificatum annis quinque, mense vno, & diebus septemdecim. Hic fecit, inquit Pandulphus apud Baronium, ordinationes in Vrbe plures, &c. Ægrotus deferri se fecit ex Lateranensi palatio ad monasterium sancti Andreae, ibique in pace defunctus est: sepultus vero in basilica Saluatoris.

EPISTOLA I.

HONORII PAPÆ II.

AD PETRUM CLUNIACENSEM ABBATEM.

De Pontii inuasoris obitu & sepultura.

Honorius episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Petro Cluniacensi abbati salutem & apostolicam benedictionem.

PRÆTERITO mense Decembri Pontius viam vniuersæ carnis ingressus est. Qui quamuis de malis Cluniacensis illatis sæpe commonitus pœnitentiam agere noluerit, nos tamen pro reuerentia eiusdem monasterii, cuius monachus fuerat, eum honeste sepeliri fecimus. Data Laterani.

EPISTOLA II.

HONORII PAPÆ II.

AD TYRIOS.

Significat se Vvilielmum Tyri archiepiscopum electum, & a patriarcha Hierosolymitano consecratum, pallio donasse.

Honorius episcopus seruus seruorum Dei, venerabilibus fratribus suffraganeis episcopis, clero & populo Tyri, salutem & apostolicam benedictionem.

VENIENTEM ad nos carissimum fratrem nostrum Vvilielmum archiepiscopum vestrum debita caritate re-